Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

bolus in monte excelsum valde. et ostendit ei omnia
regna mundi et gloriam eorum: et dixit ei. Hec omnia
tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihs
Vade satha[n]as. Scriptum est enim. Dnm d̃m tuum
adorabis et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabo-
bolus: et ecce angeli accesserunt et ministrauerunt ei. Off.
Scapulis suis obumbrabit tibi dns et sub pennis eius sperabis
scuto circumdabit te veritas eius. Sec. Sacrificii hodiegrediens mu-
nus sollempnis immola. te ds de peccatis nostris equitate istius
tione carnalium a noxiis q̃ voluptatib̃ purg̃ cõ. Scapulis suis
obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te veritas
eius. Compl. Tui nos domine sacramenta libamina
sancta restaurent et a vetustate purgatos ministerii sa-
lutaris facias transire consortium. Q. Fa ij. officium
Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum sic oculi mei ad do-
minum dm̃ meum donec misereatur mei miserere nobis dne miserere
nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Ord. Ke. gr.
Quesumus nos deus salutaris tui. ut nobis reuelet
quod hodiegrediendo pficiat mentes nras celestibus instruere disciplinis. Q. Do. L. cõ ezechielis p̃phete 31
Hec dicit dns deus. Ecce ego ipse requiram oues
meas: et visitabo eas sicut pastor visitat gre-
gem suum in die qndo fuerit in medio ouium suarum
dissipatarum sic visitabo oues meas et liberabo eas
de omnibus locis in quibus dispersae fuerant in die nebu-
lis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo
eas de terris: et educam eas in terram suam et pascam
eas in montibus israel. in r[illegible] fluminis et in cunctis sedibus terre
In pascuis uberrimis pascam eas: et in montibus ex-
celsis israel erunt pascua eorum. Ibi requiescent in herbis
viridibus: et in pascuis pinguibus pascentur super montes